v.2.3. Pſal. 33. v. 6. Ieſ. 48. v. 16. Mat. 3. v. 16. 17. & 28. v. 19. 1. Ioh. 5. v. 7. Ieſ. 6. v. 1. 3. 10. Ioh. 12. v. 40. Act. 28. v. 26. Ioh. 14. v. 26. & 15. v. 26. 2. Cor. 13. v. 13. Gal. 4. v. 6. Epheſ. 2. v. 18. Tit. 3. v. 5. 6.

DE PATRE

IX. 26 *Quid credis cùm dicis: Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ?*

Credo æternum Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cœlum & terram, cum omnibus, quæ in iis ſunt, ex nihilo creavit *a*, quique eadem æterno ſuo conſilio & providentia ſuſtentat ac gubernat *b*, propter Chriſtum, Deum meum & patrem meum eſſe *c*: itaque ſic ei confido, ſic in eo acquieſco, ut non dubitem, quin proviſurus ſit omnibus, cùm animo, tùm corpori meo neceſſariis *d*, Quinetiam, quæ mihi mala in hac ærumnoſa vita immittit, ea in meam ſalutem ſit converſurus *e*; cùm & facere id poſſit, ut omnipo-

a *Gen. 1. & 2. per totũ. Exod. 20. v. 11. Iob. 33. v. 4. Iob. 38. & 39. per totum Act. 4. v. 24. & 14. v. 15. Pſal. 33. v. 6. Ieſ. 45. v. 7.*
b *Heb. 1. v. 3. Pſalm. 104. v. 2. 3.*